



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

III. Quod gratia Dei non solum peccata dimitit, sed etiam adiuuat, ne
commitantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

Item placuit, ut quicumque dixerit gratiam Dei, in qua iustificamur per Iesum Christum Dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere, quæ iam commissa sunt, non etiam ad adiutorium, ut non committantur, anathema sit.

Cod. Can.
cap. 111.
Conc. Afr.
cap. 78.
De consecr.
dist. 4. Pla-
cuit, ut qui-
cumque di-
xerit.

III.

Item, quisquis dixerit eamdem gratiam Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum, propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipsam nobis reuelatur & aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus quid appetere, quid vita-re debeamus, non autem per illam nobis præstari, ut quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus atque valeamus, anathema sit. Cum enim dicat Apostolus : *Scientia inflat, caritas vero ædificat*: valde impium est, ut credamus ad eam quæ inflat, nos habere gratiam Christi, ad eam quæ ædificat, non habere: cum sit vtrumque donum Dei, & scire quid facere debeamus, & diligere, ut faciamus; ut ædificante caritate, scientia non possit inflare. Sicut autem de Deo scriptum est : *Qui docet hominem scientiam*: ita etiam scriptum est : *Caritas ex Deo est.*

Cod. Can.
cap. 112.
Conc. Afr.
cap. 79.
De consecr.
dist. 4.
Quisquis
dixerit.

IV.

Item, quisquis dixerit eamdem gratiam Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum, propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipsam nobis reuelatur & aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus quid appetere, quid vita-re debeamus, non autem per illam nobis præstari, ut quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus atque valeamus, anathema sit. Cum enim dicat Apostolus : *Scientia inflat, caritas vero ædificat*: valde impium est, ut credamus ad eam quæ inflat, nos habere gratiam Christi, ad eam quæ ædificat, non habere: cum sit vtrumque donum Dei, & scire quid facere debeamus, & diligere, ut faciamus; ut ædificante caritate, scientia non possit inflare. Sicut autem de Deo scriptum est : *Qui docet hominem scientiam*: ita etiam scriptum est : *Caritas ex Deo est.*

1. Cor. 8.

Psal. 93.

1. Ioan. 4.

V.

Item placuit, ut quicumque dixerit ideo nobis gratiam iustificationis dari, ut quod facere per liberum iubemur arbitrium, facilius possimus imple-re per gratiam, tamquam, etiamsi gratia non dare-tur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine illa implere diuina mandata, anathema sit. De

Cod. Can.
cap. 113.
Conc. Afr.
cap. 80.
De consecr.
dist. 4. Pla-
cuit, ut qui-
cumque di-
xerit.